~~Le roi~~ Inde, graviter offenso rege, Thessalonicen ad cognoscendum de Thraciae urbibus proficiscuntur. Ibi legati Eumenis: « Si liberas esse AEnum et Maroneam velint Romani, nihil sui pudoris esse ultra dicere, quam ut admoneant, re, non verbo, eos liberos relinquant, nec suum munus intercipi ab alio patiantur. Sin autem minor cura sit civitatium in Thracia positarum, multo verius esse, quae sub Antiocho fuerint, praemia belli Eumenem, quam Philippum habere; vel pro patris meritis bello, quod adversus Philippum ipsum gesserit populus Romanus, vel suis, quod Antiochi bello terra marique laboribus, periculisque omnibus interfuerit. Habere eum praeterea decem legatorum in eam rem praejudicium; qui quum Chersonesum Lysimachiamque dederint, Maroneam quoque atque AEnum profecto dedisse, quae ipsa propinquitate regionis velut adpendices majoris muneris essent. Nam Philippum quidem quo aut merito in populum Romanum, aut jure imperii quum tam procul a finibus Macedoniae absint civitatibus his praesidia imposuisse? Vocari Maronitas juberent: ab iis certiora omnia de statu civitatium earum scituros. » Legati Maronitarum

Titus Livius
Βιβλίον XXXIX
27

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

vacati: « Non uno locco tantum urbis praesidium regium esse, sicut in aliis civitatibus, dixerunt, sed pluribus simul et plenam Macedonum Maroneam esse; itaque dominari adsentatores regios; his solis loqui et in senatu et in concionibus licere; eos omnes honores et capere ipsos, et dare aliis. Optimum quemque, quibus libertatis, quibus legum cura sit, aut exsulare pulsos patria, aut inhonoratos et deterioribus obnoxios silere. » De jure etiam finium pauca adjecerunt: « Q. Fabium Labeonem, quum in regione ea fuisset, diresisse finem Philippo veterem viam regiam, quae ad Thraciae Paroream subeat, nusquam ad mare declinantem; Philippum novam postea deflexisse viam, qua Maronitarum urbes agrosque amplectatur. »

Pellae, in vetere regia Macedonum, hoc consilium erat. « Geramus ergo, » inquit « diis bene juvantibus, quando ita videtur, bellum; » .... Βιβλίον XLII 51

.... Paeones, et ex Paroria et Parstrymonia (sunt autem ea loca subjecta Thraciae), et Agrianes, admixtis etiam Thracibus incolis, trium millium ferme et ipsi expleverunt numerum. Armaverat contraxeratque eos Didas Paeon, qui adolescentem Demetrium occiderat.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Enfin Cotys, fils de Seuthès et roi des Odryses, était arrivé au camp des Macédoniens avec mille cavaliers d'élite et un nombre de fantassins à peu près pareil.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ